

visibilibus est sufficiens virtus ad introducendas  
 huiusmodi rerum species in vniuerso. Quod aut  
 harum rerum omnium idem primus fit autor, siue  
 inter se, siue cum elementis conferantur, con-  
 stat ex connexione earum inter se, siue in ratione  
 materiae, siue in rōne efficiētis, aut finis. Ita enim  
 sunt elementa constituta, vt ex eis possint cōmō-  
 de hac mista produci, aut nutriri, vel conseruari,  
 adeo vt à suis et naturalibus locis ali quantulum  
 immutata sint in mistorum commodum, & vti-  
 litatem. Et inter ipsa mista quaedam aliis deserui-  
 unt in cibum, vel alias utilitates; & vniuersa fere  
 seruiunt homini, propter quem proximè condita  
 esse, intelligi potest, vel ex ipsis rebus, earumq; di-  
 uersis qualitatibus, ac varijs proprietatibus homi-  
 num vñibus accommodatissimis, quas propiarieta-  
 tes à sua prima cōditiōne receperunt: est ergo si-  
 gnum euidens hæc omnia non solum ab eodem  
 autore gubernari, sed etiam condita esse. Quod  
 etiam declarat ipsa vniuersi pulchritudo, at quæ  
 sine dubio tam varia mistorum procreatio ordi-  
 nate disposita, vt non poterit casu, aut fortuito à  
 diuersis autoribus ita fieri, sed ab vñico, & vniuer-  
 sali autore, qui hæc pulcherrimam vniuersi ma-  
 chinam intendebat.

Superest dicendum de corporibus cœlestibus,  
 quorum origo obsecrum naturaliter esse videtur;  
 eo quod incorruptibilia sint. Vnde multi ex Gen-  
 tilibus per spicuum esse crediderunt, cœlum  
 non habuisse ortum, vt refert Iustinus in responsi-  
 ad quæstionem Gentibus proposita. Ve-  
 rantamen, qd cœlum etiam sit factum, ostendi po-  
 test in primis ex imperfectiōne eius, est. n. cœlum  
 ens imperfectus homine: cum ergo homo nō ha-  
 beat esse nisi à superiori causa, quō existimari po-  
 test cœlum ex se habere esse: Dices primò nō satis  
 constare, cœlum esse imperfectus homine: nam  
 multi existimauerunt esse animatum anima intelli-  
 gente. Respondetur, de propria animatione per  
 informationem vix fuisse Philosophum aliquem  
 qui cœlum animatum esse existimauerit, nullam  
 .n. v. te indicū, aut opem in illo corpore inueni-  
 mus: nam illuminatio, & influentiæ omnes, natu-  
 rales actiones sunt motus autem localis per se  
 solus, & maximè non progressiuus, nullum est vi-  
 tæ indicium, cum ab impetu, vel naturali, vel ex-  
 trinsecos fieri possit. Qui ergo cœli viuens, aut ani-  
 matum vocatur, locuti sunt rōne intelligentiæ  
 mouens cœlum, quæ illi assit, eoque, quodam  
 modo vitæ ad agendum, secundum quædam  
 metaphoram anima illius appellata est. Qui verò  
 in sensu magis proprio id afferuerunt, improbabili-  
 ter locuti sunt. Contra eum nihilominus, qui in  
 ea snia persisteret, non esset efficax rō facta, sed  
 tunc eodem modo esset de cœlo, quo de alijs intelli-  
 gentijs, philosophandum, de quibus statim dicā.  
 Atq; eodem fere modo occurrendum est, si quis di-  
 cat hominem solum in ratione animæ intellectuæ  
 esse superiorem cœlo, & de hac non satis constare  
 esse factam: dicendum est. n. satis constare intel-  
 lectuam animam factam esse, tum generali rōne,  
 quæ id pot. de intelligentijs ostendi, nam cum ani-  
 ma sit minus perfecta, quam intelligentiæ, si hæc  
 facta sunt, multo magis ipsa: tum speciali ratione  
 quia, cum ipsa sit forma corporis, & non tam sit  
 pp se, q pp totum compositum, nec naturaliter  
 existere pot ante corpus, nec habere ex se esse, si

A ipsum compositum efficiente indiget, vt paulò  
 antea declarauimus. Tandem dicere potest aliquis, etsi corpus cele-  
 ste sit minus perfectum quoad gradum essendi; esse tñ perfectum in mō, cum incorruptibile sit;  
 ideoq; fieri posse vt etiam in perfectione essendi  
 à se superet hominem, licet in essentiali gradu su-  
 pereat. Respondo, id esse impossibile; & esseque  
 longè diuersam rōnem vniuers; & alterius attribui-  
 tum; nam rem esse incorruptibilem; & prouenire pot  
 ex carentia contrarij, aut ex conditione materiæ,  
 vel quadam rei simplicitate: vnde hæc proprietates  
 non semper indicat summam, vel maximā essen-  
 tialē perfectionem rei. At vt dicitur esse à se, & illa  
 singularis necessitas essendi, quæ prouenit ex in-  
 dependentia ab omni efficiente causa, est manife-  
 stum iudicium eminentissimæ cuiusdam perfe-  
 ctionis, non solum in mō, sed et in gradu ipsius  
 esse, quia per hanc perfectionem magis distat ens  
 à nihilo, seu à non ente, quam per quæcumque  
 aliam, quæ ab hac præcindat. Item, quia tale ens  
 minus hēt potentialitatis, quando quidem nec in  
 potētia obiectiua esse pot. Ac deniq; tale ens sub  
 alterius dominium non cadit. Vnde singulari, ac  
 supremo modo est (vt ita dicam) sui iuris, & nulli  
 alteri subiectum. Quæ omnia sine dubio longè  
 excellētiorē perfectionem in dicant, & iō hęc  
 non pot vt res inferior in gradu ens hanc per-  
 fectionem habeat, q̄ superior attingere non pot.

B Atq; hinc confirmatur hæc rō sumpta ex im-  
 perfectiōne cœlestis. n. cœlum ens materialē, vel (vt  
 extra oēm opinionem loquamur) corporū, extē-  
 sum, quantum, in qua proprietate, q̄, quantitas, &  
 extensionis cōditiōnem hēt euidens rōnis est  
 inferioribus corporibus, estq; in potentia passiuā,  
 saltem ad motū, & aliquas accidentales perfectio-  
 nes, indigetq; motu, saltem vt ad agendum in va-  
 rijs locis applicari possit. Imò impotens est ad ita  
 se mouendum, & applicandū, nisi ab alio mouea-  
 tur. Qui ergo credibile est vt à se sit, quod & mo-  
 tu indiget, & à se illum habere non pot tāta er-  
 go perfectio, quantum est esse ens independens, &  
 necessariū absq; esse in potentia obiectiua, planè  
 repugnat enti hēt tot imperfectiōnes, quot in cœlo  
 conspiciuntur. Non est ergo cœlum ens improdu-  
 ctum, sed factum.

C Probandum verò vterius restat (simulq; hoc  
 ipsum confirmabitur) habere eundem autorem  
 sui esse, quem elementa ac cetera inferiora corpo-  
 ra habent; quod facile fiet, prosequendo, & appli-  
 cando diuersum factum de connexionē, & pro-  
 portionē horum corporum inter se. Est. n. in pri-  
 mis euidens corpora cœlestia inter se habere sum-  
 mam proportionem, & debitam subordinationē  
 non solum in figura, situ, & loco, sed (quod maxi-  
 mē ad rem spectat) in motu et, & influentiā, pro-  
 ut necessarium, vel conueniens est ad stabilitatē,  
 & bonum regimē totius vniuersi. Signū est ergo  
 manifestum, & omnes cœlos fuisse ab eodē auto-  
 re conditos, & illum non esse alium à conditore  
 totius vniuersi, seu ab eo qui elementa, & cetera  
 inferiora corpora procreauit. Probatur consecū-  
 tia quoad priorem consequentis partē, quia intel-  
 ligi non pot, vel hanc cœlorum dispositionē, & or-  
 dinē casu accidisse, vel cœlos prius fuisse ab aliq-  
 bus priuatis agentibus cōditos, postea verò fuisse  
 ita dispositos, & ordinatos ab aliquo superiori agente

XY.  
 Quoad cele-  
 stia corpora  
 probatur al-  
 terio.

Cœlum an  
 animatū, &  
 qua anima  
 aliqui credi-  
 deant.

XYI.

XYII.

XYIII.